

plicata alteram gignit minutiam à se, ut supra. Sed ut huius operatio
 multiplicationis facilior habeatur, composita est tabula proportionis ac il
 lis inserta. Quæ tabula numero sexagenario tam in superiori margine
 transuersaliter, quam à latere descendendo extenditur. Cuius usus sic habe
 tur: Quæratur unus numerorum, cuius partem proportionalem habere
 cupis, secundū proportionem ad 60 gradus, in capite tabularum, & alter
 numerus in latere eiusdem tabulæ, & quod inuenitur in angulo commu
 ni erit portio quæsita, ea conditione, ut numerus anguli in spaciolo dextro
 cōtentus, est illius denominationis, quam denominatores simul iuncti, ut
 supra dictum est, constituunt: & numerus in spaciolo sinistro erit proxim
 mæ minutæ maioris denominationis sequentis. Si autem in alterutro nu
 merorum, de quorum parte proportionali agis, scilicet tam multiplican
 te quam multiplicando fuerint fractiones diuersæ, cum qualibet diuisim,
 cum toto reliquo numero erit intrandum, & quod in angulo (ut supra)
 inuenitur aggregādum, quodlibet ad suum genus. Si autem in utroq; fue
 rint diuersæ fractiones repertæ, cū qualibet unius, ut cum qualibet alteri
 us, seorsum fiat introitus ut prius, & resultat propositum (secundum deno
 minationum exigentiam) quod quærebatur. Sed ut res facilior sit, Tabu
 lam denominationum minutiarum cum exemplo subiunximus.

Vsins tabula pro
tomi.

Tabula denominationum.

gra.		gra.		signa		gra.
gra.		minu.		gra.		minu.
gra.		secun.		minu.		secun.
gra.		tert.		secun.		tert.
gra.		quart.		tert.		quar.
minu.		minu.		minu.		secun.
minu.	per	secun.	prodi	secun.	tert.	tert.
minu.		tert.	bunt	tert.	quart.	quart.
minu.		quart.		quart.	quint.	quint.
secun.		secun.		tert.	quart.	quart.
secun.		tert.		quart.	quint.	quint.
secun.		quart.		quint.	sext.	sext.
tert.		tert.		quint.	sext.	octa.
quart.		quart.		sept.		

Exempli gratia, placuit ex tabula proportionum sumere partem propor
 tionalem, cum arcus minutis 39. secund. 54. tert. 17. de 60. ad differentiam
 mi. 53. 29. 45. Quæro primo minutâ arcus in margine superiori in linea
 transuersali, quæ duco in omnes differentiæ numeratores, quos in linea la
 teraliter descendente uersus sinistram inquiero, & occurruunt in angulo cō
 munî ex ductura 39. mi. arcus in 53. mi. differentiæ, 34. in minutis & 27. in
 secundis. Deinde eadem arcus minutâ in 29. duco secunda, & extrahuntur

A 3 18. secun